



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 9. Dolorum magnitudo, & copia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

§. IX.

Dolorum magnitudo, & copia.

Num. 1.

*N*Ec quidquam mellis. Levit. 2. 11. Allegoricè, & præcipua causa: ut significaretur, in sacrificio crucis omne mel, id est, omnem suavitatem, & lætitiã, defuturam. Cornelius hic.

Ego autem sum vermis, & non homo. Pf. 21. 7. Loquitur David de improperijs, & atrocissima morte, quam Christus passus est; & ejus nomine conqueritur de malorum crudelitate; & quã parum æstimãrunt, illum tot tormentis affligere, & severissimã morte interficere. Non comparat se ulli animalium magnorum, & pulchrõrum, quæ sunt in terra; quæ cum homo occidit, videtur pietate commotus eorum mortem dolore. Vermem autem itã pedibus conteritis, ac sine dolore interficitis, acti nihil faceritis; præsertim si noxius est. Sic à multis hodieque offenditur, quasi vermis impotens se vindicare, quasi nobis noceret &c. Diez f. de Pass. D. Vermis quidem nimã quidem videtur abjectione temnibilis; sed magna continet Sacramenta. Nascitur absque concubitu, repit humilis, movetur sine sonitu. Quæ si consideres, non immeritò D. Christum vermem appellatum esse cognosces. Vermis ergo, quia mortalis; quia de carne sine permixtione humani seminis natus est; quia viã ipsius silentiosã, & humiles, extiterunt. Cassiodorus hic.

Tu sis improperium meum, & confusio- nem meam. Pf. 68. 20. q. d. non homo, nec Angelus, potest tormentorum magnitudinem intelligere. Solus Pater cognoscit: quia solus ipse, quanta sit ejus dignitas, intelligit: eò enim major est contumelia, quò amplior est dignitas patientis. Diez f. de Pass. Dom.

Dura sicut Infernus æmulatio. Cant. 8. 6. quia dum Synagoga Christum ad inferos posse se transmittere putavit, ei usque ad mortem corde immisericordi invidit. Ut Infernus dura æmulatio extitit: quia, sicut Infernus sine misericordiã, quæ tenet, cruciat; sic Judaica plebs Christum apprehendens sine respectu pietatis ad mortem trahebat. V. Beda in Cant. hic.

Despectum, & novissimum virorum, virorum dolorum, & scientem infirmitatem. Fere languores nostros ipse portavit. Il. 53. 3. 4.

Magna est velut mare contritio tua. Thren. 2. 13. Tormenta nostra, flumina sunt; non enim omnia simul patimur. Alius inopiã premitur; sed valetudine non laborat: alius estager; sed cubat in viola: alius hæredes caret; sed hæreditate abundat: hunc invidia dejicit; sed fortuna evehit. Davidem Saul e- jecit; sed Samuel unxit. Solum Jesum in cruce, & dolor, & dedecus, & mœror, & exprobratio, itã oppressere; ut non jam flumen, sed mare, dici debeat contritio ejus. Ægris, calamitosi, solatia reis ipsis adfunt, & opitula-

tiones: at Christo latrones, blasphemi, irri- fores, milites, adfuere; qui acetum sitienti præberent. Oliva l. 4. Strom. §. Magna est &c.

Induerunt eum vestimentis ejus &c. Matth. 27. 31. Suis vestibus reinduitur, & cum his minatur ad mortem: ut etiam, quid- quid potest esse Christi, cum ipso à Mundo proscripito, proscribatur, & cum ipso damna- to damnetur; nec reliquæ Christi remane- rent hominibus super terram. Sim. Cas. l. 13. hic.

Et adduxerunt ad Annam primum &c. Joan. 18. 13. &c. Hòc unò consiliò Senato- res pessimi vi raptum deferunt ad judices plu- rimos, ab Anna ad Caipham, à Caipha ad Pi- lacum: ut, quò plures judices ferrent senten- tiam, gravior Christo D. injuria fieret; & ju- stior in eum censura videretur; quæ tam mul- tis, doctisque, viris placuisset. Velloso in Ju- dith 7. Paræn. 23.

Cor Salvatoris, verus Orientalis unio, uni- cè unicus, & pretij inestimabilis, jacsum in mare incomparabilium amaritudinum diebus ejus Passionis seipsum in se ipso liquefecit, & resolvit in dolorem vi, & vehementiã angustiarum mortalium undique prementium. S. Franc. Salef. tr. de am. div. l. 6. c. 12.

Nunquam latro, aut scelestus quispiam, tam crudeliter tractatus est, aut turpiter defor- matus; ut Jesus Christus Filius Dei; cui nul- la unquam peccati macula adhesit. Blofius marg. spir. p. 3. c. 4.

Num. 2.

Super omnes dolores.

O vos omnes, qui transitis per viam &c. Thr. 1. 12. Scio, multos alios gravia passos; plerisque tamen, corpore afflictò, animus à cruciatu immunis; aut patiente animò cor- pus liberum. Christus D. in utroque passus: ideo meritò antonomastice *vir dolorum* vocatur. Il. 53. 3. 2. In illo maxime diuturna tormenta à conceptione. Pf. 37. 18. *dolor meus in conspectu meo semper*; idque distinctissimè ad omnes usque minutias. Vidit plagarum, a- laparum, ictuum, flagellorum numerum, & auctores illorum: numerum spinarum, spu- torum, ludibriorum: itã ut Christo D. æquè imò magis, doluerit, tormenta hæc eminus contemplari, quàm nobis dolere possit, illa præsentia intueri. Joan. 18. 4. *sciens omnia, quæ ventura erant super eum.* Minimè miror, Christum D. nunquam risisse: dixit enim de se. Pf. 37. 7. *totã die contristatus in- grediabar.* & Pf. 30. 11. *desecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.* Per- pendite, unquam latari potuisset rex Baltha- sar. Dan. 5. 30. pugionibè in lecto trucidatus; si à prima pueritia nudos semper pugiones oculis suis obversari vidiisset, sua olim inter præcor- dia mergendos. Omiserum Sisaram! Judic. 4. 21. Si clavum illum semper præsentem habuisset, quò ad torrentem Cison caput sibi erat perforandum. Miserum Abimelechum! Judic. 9. 53. si semper intueri coactus fuisset

saxum

faxum illud, quò illi cerebrum elisum est. Christus autem verè dicere poterat: *dolor meus in conspectu meo semper*, & vigilanti, & dormienti. Multorum Patrum opinio est, quòd illa animi deliqua, tremores, tædia, & conflictus, quos in horto expertus est; non fuerint insoliti, sed frequentes, & usitati: & quidem in tanta intensione; ut semper sudore sanguineò manasset, nisi altissimò suò dominiò illum continuisset. Nihil adhuc dixi de tristitia illa, sensuque acerbissimò, quem in eo continuò excitârunt tot divinæ majestati illatæ injuriæ, & gravissimæ calamitates; quæ genus humanum ideo expectabant. Noe in arca manu propriâ fenestram clausit. Gen. 7. 16. S. Hieron. ut non spectaculi tristis aspectu Noemus magis cruciaretur. Soli Jesu omnes aditus & portæ animi relinquebantur apertæ; ut ante tempus stragem charissimorum suorum videret: nec oculum in ullam partem possêt desigere; ubi non lacrymarum, sanguinis, mortis, materiam inveniret &c. Segneri die Ven. S. Vide eundem hic fusissimè de his doloribus discurrentem.

Num. 3.

Sinè solatiò.

Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Luc. 23. 46. Sic exiunere crucis, ac mortis, fatigata Christi anima in Patris tandem manibus requievit, instar illius columbæ; cum nusquam reperisset, ubi figeret pedem. Gen. 8. 9. ad Noe regressit, ramum ferens virentis olivæ; fidem videlicet Matris, quæ non aruerat. Defuit Christo D. in Passione ubi requiesceret; & omnia illa, ubi sperare poterat respirationem, & solatium, versâ sunt in instrumenta dolorum, & pœnarum. Planè *maledictus homo, qui confidit in homine.* Jer. 17. 5. quippe cum Jesus omnia spei sibi verti viderit in proditiones, & cruces &c. Oliva t. 2. Strom. §. Pater in manus &c.

Num. 4.

Passionis tempus, dies, hora locus.

Et emisit eum. Gen. 3. 23. Communiter Patres tradunt, Adamum eòdem die, quò creatus est, peccasse, & paradiso ejectum: scilicet feriâ sextâ, imò horâ eadem, quâ Christus mortuus est, & nos paradiso restituit. Cornelius hic.

Eadem die egressus. Ex. 12. 41. Dies Paschæ, sive prima azymorum, quâ Hebraei egressi ex Ægypto, fuit dies Veneris: Deo ita disponente; ut significaret diem Veneris, quò Christus Phasæ nostrum immolatus est &c. Cornelius hic.

Cum Eva mandatum in paradiso transgressa est, hora erat quasi sexta. S. Chrysost. tom. 6. orat. in Samaritanam.

Sextâ horâ crucifixus fuit, ut eadem horâ restitueretur homo, quâ de paradiso est erectus. Hugo Card. in Gen. 3.

Qui cecidimus in horto paradisi, vidimus, in horto salutarem Passionem sumpsisse ini-

Polyant h. Sacra, Tom. II.

tium; & omnia, quæ priùs corrupta, reparata esse. Theophylactus in Joan. 18.

Cum res paradisi attigimus, miratus sum certè figurarum veritatem. In paradiso casus in horto salus: deligno peccatum; & per lignum salvatio. Post meridiem Domino perambulante occultati sunt; & post meridiem à Domino lato in paradysum introducitur. S. Cyrill. Jerof. Catech. 13.

Ut in paradiso malorum initium factum; sic in horto Christi Passio incipit; per quam à malis liberati in pristinum habitum restituti sumus. S. Cyrill. Alex. l. 1. in Joan. 31.

Christus dicitur Act. 8. 32. *Agnus, & ovis.* S. Leo l. 7. de Epiph. dispositos subpersecutione inchoavit, & sub persecutione finivit: nec puero tolerantia passionis, nec passuro defuit, manufactudo puerilis. / Agnus est in tenera ætate, ovis in matura: quia patientiam, quâ in pueritia sustinuit multas persecutiones, & adversitates, eandem retinuit ultimò vitæ suæ tempore, in passione, & morte. *In laboribus æjuventute mea.* Sylveira hic.

§. X.

Passionis memoria.

Num. 1.

Figuræ, & Symbola

Expressi in calicem &c. Gen. 40. 11. Tunc in calicem uvæ exprimimus, quando per memoriam Passionis Christi dilectione affici-mur. Hugo Card. hic.

Erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos. Ex. 13. 9. Dicitur hoc de Pascha, in quo Passio Domini-ca est signata. quasi dicat: cum converteris cor tuum ad agenda, hoc erit tibi pro signo in manu; si vero ad cogitanda, erit tibi pro signo ante oculos. S. Bonaventura S. de exalt. S. Cruc.

Et ecce piscis. Tob. 6. 2. Moraliter piscis est Christus; fel Passionis amaritudo; cor dilectionis immensitas. Fel ergo, & cordis particulam piscis sibi reponit; qui dilectionis, quâ dilexit nos, & amaritudinis, quam in Passione sustinuit, recordatur. Hugo Card. hic.

Fasciculus myrrhæ inter ubera mea. Cant. 1. 12. Si sapiis, imitaberis sponsa prudentiam; atque hanc myrrhæ tam charum fasciculum de principatu tui pectoris nec ad horam patieris avelli: amara illa omnia, quæ pro te pertulit, semper in memoria retinens, & assiduâ meditatione revolvens. Habe illum semper, non retro in humeris, sed antè præ oculis; ne portantes, & non odorantes, & onus premat, & odor non erigat. Memento, quia accepit eum Simeon in ulnis suis, Maria gestavit in utero, fovit in gremio; sponsa sibi inter ubera colloca-vit. S. Bernardus l. 43. in Cant. Non apposuit, fuit, est, vel erit: quia Dilectus omni tempore debet esse fasciculus myrrhæ: quia, dum vivis, Passionem ejus jugiter debes meditari, & imitari. de Ponte hic Exh. 7. §. 2.

Per fragmen mali Punici. Cant. 4. 3. memoria Passionis accipitur. S. Thom. Aqu. hic.

P p

Coma